

Poetis quidlibet audendi semper æquam potestatem esse, liberanda
 fidei, quam fratri tuo nuper, humanissime ad me visenti, de-
 deram, non erudienda tibi, ne fallaris, mitto. quantumvis
 à perita manu sint, atque eo nomine sedulo mihi
 asservata, satis constat, tuis nihil præcepturas esse, quod
 exemplo si laudari possit prior non statueris, vel conuelleræ
 nequeas, si præter artis genium sit; quem extra te frustra
 quaeri, tam est certum, quam quo te natura dux euehit
 nullâ disciplinâ ascendi. De Carmine vernaculo Homiliae
 doctissimæ summi viri G. Voetij adscripto fecisti gratum
 quam quod maxime arbitro tamen harum rerum nimis
 quam imperito. Etenim si red hostiando par ipse mihi
 fuisset visus, non has fortasse tam æquæ gratias
 tulisses. Nunc eò me deiecisti, ut si quidem sperare
 fas sit tot olim hoc ingenere ineptiarum mearum nec
 numeros te vidisse, nec verba tenere, primæ felicitatis
 loco habiturus sim. primæ, si unam excipis, quam
 tam experias, si vel amare me digneris, vel amari
 a me, ut postulo, benignè peras. Vale diu patriæ
 hujus atque avi nobile et illustre decus, et insigni viro
 quem nominavi salutem a me plurimam, nisi graue
 est, dici mando. Hagæ Com: Prid: Cal: Quintil: ib36.

Tui observantissimus

C. H.

Schurmannæ. Nobilissima Domina.

(242).

Sequitur hæc, de qua disci, alteram Athenas noctua.
 Qualescumque sint, singulis hoc præti debeo, quod à
 summis artificibus prædierint. Hoc demo tuosum,
 quod ampliores utrisque regula typi vulgata præsent;
 quod cum hætenus bonâ fide nesci verim, veniam
 promissæ nuper, inutili nunc molestiæ a te peto, et
 ut amari velis a
 3. Jul: ib36.

Tui addictissimus

C. H.

Beueronicio.

Stadam in prædicto, viri Amplissime, cum humanissimas
 literas, et munera item magni prætij, quibus me
 adire voluisti, tabellaris traderet, adeoque te
 comitem

(243).